



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Oratio mentalis quinque partita enunciata his verbis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

Synod. Diœces. VII.

79

sedu orate: vt hereticorum feritate cō-
presa, Flandriæ status diuino munere,
& pacis & fidei catholicæ integritate
semper exultet.

Decretum. IX.

De promul- QUOD antiqui instituti est, id etiā
Conc. prou. noltris decretis cauimus, concilia pro-
4. & 5. in uincialia in synodo diœcesana proxima
synodo fa- promulgari ac legi.

Cū igitur nuper Concilium prouinciale & quartum edideri-
mus, illud expedire vixum est, vt in hac
ipsa synodo septima, quæ utriusque edi-
tioni proxima est, unum & alterum itē
de verbo ad verbum legatur.

Decretum. X.

De Breuiar- EDICIMVS, & iubemus, omnes
tio & Calé- & singulos, qui diuini officij recitandi
dario exhib- lege adstricti sunt, Breuiarium & Calen-
endo. darium hodie in sessionem afferre, ijsq;
exhibere, quos recognitio cleri prefe-
cimus, notato in utriusque initio nomi-
ne & cognomine possidentis.

ALTERO DIE SYNODALI.

Oratio mentalis quinque partita enun-
ciata his verbis.

1. Fratres charissimi. In omni actio-
ne nostra induamur iustitia. eri-
gamus igitur animos & corda nostra de
notè ad Deum: & ab eo interna mentis
oratione hæc religiosè precemur.
Vt impleamur agnitione voluntatis eius
in omni sapientia & intellectu spirituali,
digneq; ambulemus vocatione, qua
vocati sumus: ita vt in omni opere bo-
no nos fructificantes, & crescentes in
scientia Dei, quotidie perfectiorem iu-
stitiam esuriamus & sitiamus.

2. Fratres charissimi. Toto cordis af-
fectu orate: vt in omnibus operibus Dei
veloces simus: nec fastidiosè, sed graui-
ter, ac strenuè in vinea eius laboremus.
Scriptum est enim: [Maledictus homo,
qui facit opus Dei negligenter.

3. Fratres charissimi. Toto cordis af-
fectu orate: vt spiritu ambulemus; de-
sideria carnis nunquam perficiamus; af-
fectus prauos perpetuo descreamus;

[semper mortificationem Iesu Christi
in corporibus nostris circumferentes,
vsque adeo, vt vita eius manifestetur in
corporibus nostris.]

4. Fratres charissimi. Toto cordis af-
fectu orate: [vt quæ sursum sunt, vbi est
Christus Dominus, in dextera Dei se-
dens,] queramus, & sapiamus: [Omnia
verò mundi huius tanquam stercora ar-
bitrantes,] abundemus in diuitijs umpli-
citatis, bonæque conscientiæ, & opibus
gratiæ atque gloriæ nostræ.

5. Fratres charissimi. Toto cordis af-
fectu orate: vt in omni humilitate, &
mansuetudine ambulemus: vt solicite
seruare unitatem spiritus in vinculo pa-
cis, & Christi Domini [iugum suave, &
onus leue,] patienter portantes, demum
hereditemus cœlestem terram viuen-
tium, & in multitudine pacis æternæ
delectemur.

Denum absoluta est synodalis pro-
mulgatio Concilij Prouincialis quarti:
in cuius promulgationis fine Cancella-
rius alta voce dixit. CONCILIVM
PROVINCALE III. Cui qua-
dam ecclesiastica acclamatione à clero
vniuerso responsum est: [Deo Patri mi-
sericordiarum, & Deo totius consolatio-
nis gratia.

Decreta porrò, qua statu sunt de exa-
minatoribus, de iudicibus, de testibus
synodalibus, explicatè tradita sunt mox
supra in synodo VI.

DIE SYNODALI III.
Concilium Prouinciale quintum de mo-
re promulgatum est; cui promulgationi
clerus synodalis vniuersus acclamavit,
vt supra.

Decretum
De indictione synodi VIII. futuræ.

AVXILIANTE Dei misericor-
dia, synodus diœcesanam octauā
anno sequenti M. D. LXXXI. die xij.
mensis Aprilis in hac ipsa nostra Metro-
politana Ecclesia ad prescriptum Con-
cilij Tridentini de more celebraturi su-
mus; nisi per nos, aut Archiepiscopali
nostra auctoritate aliter indictum erit.

Oratio